



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXXVIII. Die Stadt wird aufgefordert, dem Städtebunde zur Aufrechterhaltung der öffentlichen Sicherheit beizutreten, im Jahre 1323.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

ac pro dampnis, que de premiffis post computationem factam emerferint sub hac forma, Quod ab ipfo comite Hinrico recedere non debeamus, — quousque Dominus Magnopolensis prefatus aut fui heredes feu successores, qui jus habeant ad Ciuitatem nostram, ipsi comiti et suis heredibus satisfecerint de premiffis stipendijs etc. — (cetera ut supra) — Testes huius Fredericus et Hinricus de Schepeliz, Nicolaus de Malin et Johannes de Crocher milites, Johannes Eyber, Johannes Rozkule et Thydericus de Wardenberghe armigeri c. a. q. f. d. Datum Perlebergh, A. d. MCCCXXII, die beate Margarete Virginis. Beckm. a. a. D. Sp. 46.

XXXVII. Heinrich Fürst von Mecklenburg-Stargard verbindet sich dem Könige von Dänemark zum Beistande gegen jedermann, außer gegen den Bischof Heinrich von Havelberg, die Grafen von Holftein und von Schwerin, im Jahre 1323.

— Henricus, dei gratia Megapolensis et Stargardiae dominus, — Promittimus, quod — coronae et Regno Daniae fideliter adherere — et Christophoro et filio suo Erico Regibus — contra omnes uiuentes seruire debeamus — exceptis Dominis, domino Henrico, Episcopo Havelbergenfi, Gerhardo comite Holfatae, Henrico et Gunzelino Sverinensium comitibus, ita tamen, quod si ipsi vel aliquis illorum dictis dominis nostris vel eorum successoribus injuriari uoluerint, ipsum seu ipsos contra praefatos dominos nostros Reges et eorum successores in nullo iuuare seu ipsis iuuamen prestare debeamus. Actum et Dat. Nykiobing in Falftria, Anno domini MCCCXXIII, Sabato trinitatis.

Vollständig bei Klüber I, 351. Frank VI, 54 und König Reichs-A. P. f. Cont. II. Thl. II. Fortf. S. 798.

XXXVIII. Die Stadt Kyritz wird aufgefodert, dem Städtebunde zur Aufrechterhaltung der öffentlichen Sicherheit beizutreten, im Jahre 1323.

Diferetis uiris et honestis dominis consulibus in Kyritz consules ciuitatum noue Brandenburg et veteris, Ratenow et Kopnick, Bernou, Euerswolde, Landsberg et Struzberch, Münchberg, et Vürftenwolde, Vrančovurde et Sommerfeld, Gubyn, Bezkou, Lucou, Beliz et Briezen veri amoris integritatem cum promptitudine famulatus. Noueritis nos in simul super quibusdam causis infra scriptis inter nos mutuo uouisse, conspirasse et compromississe. Primum est, si aliquis malefactor excederet in aliqua nostrarum ciuitatum prenominatarum, uidelicet per furtum, spoliū, latrocinium aut per incendium vel capiēdo aliquem de ciuibus prenotatarum ciuitatum, ut extorqueat ab eo alicujus pecuniae quantitatem; hic debet proferri juris ordine rationabiliter ac rite obseruato. Postea excessus talis aliis ciuitatensibus debet literaliter notificari et sic erit proscriptus apud omnes nostros ciuitatensibus: et in quacunque tunc ciuitatum deprehenderetur, ibi debet ad mortem condemnari, secundum quod ejus excessus postulat et requirit, ne ciuitatensibus illi, in quorum ciuitate maleficium peregit, laboribus fatigentur et expensis. Secundum est, si aliquis, quicumque etiam esset, veniret in aliquam nostrarum ciuitatum prenominatarum vel fugeret ad ipsam cum rebus suis et

bonis, nomine securitatis, hic debet ibidem esse securus rebus et corpore, quam diu in ipso perseverat atque saluus. Tertium est, si aliquis princeps vel potens dominus, qui aliquam civitatum nostrarum predictarum violenter inuadere vellet et impugnare, tunc alii civitantes debent monitionibus eorum intercedere ad ipsum dominum et petitionibus pro tali civitate, ut desisteret. Quod si facere non curaret; tunc nulla consolatio necessariorum ex aliis civitatibus sibi debetur ministrari. Hec omnia huc usque servavimus et adhuc volumus observare, volentes etiam predicta vobiscum et cum civitatensibus vobis coadherentibus firmiter observare, dummodo ipsa nobiscum servaveritis vice versa et literas vestras apertas confectas nobis remiseritis super causis sepedictis. In cujus rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et Datum Berlyn, anno domini M^o. CCC^o. vicesimo tertio, in die beati Thome apostoli.

Gercken's Diplom. vet. March. Thl. II, 592.

XXXIX. Gumprecht und Gumprecht, Gebrüder von Alseben, versichern, dem Grafen Berthold von Henneberg für den Markgrafen Ludwig von Brandenburg ihre Schlösser offen zu halten, im Jahre 1324.

Wi gumprecht und gumprecht, brudere van alsleue, riddere, bechemin in dissim openen brife, dat wi dem edelin herin greuin Berthold von henninberg to vsis herin hant, marggrauen Ludewig van brandenburg, en trouwin gelouit hebbin und mit vs die edele here Greue busse van Mannisuelte, dat wi use stote dem seluin usin herin dem marggrauen und den sinin openen scolen, ome to dienste weder als weme, an vyppre Grefin heinrich van zwerin, alle tit, wenne des eme not is. Des hebbe wi vsen brif eme gegeuen mit vsme und mit des vorgeantent Grefin busse van Mannisuelte Insigel besigelt. Dit is schehin in der stat to steindal, na der bord gods dussint jar CCC^o. XXIII^o, des Sonnaundes vor vsir vrowin dage Lichtmesse.

Nach dem Copialbuche des R. Geh. Kab.-Archives I. Cod. IV. in quarto Bl. 29. — Gercken Cod. I, 173, 174.

XL. Der Pfarrer in Perleberg, Günther von Sandow, verfügt unter bischöflicher Bestätigung über das Patronat des St. Johannis-Altars in der Pfarrkirche daselbst, im Jahre 1324.

Vniuersis presentia visuris seu auditoris Nos guntherus, dictus de Sandow, Sacerdos, plebanus in parleberg, cupimus esse notum, quod dedimus et in presentibus damus de nostra matura pre-deliberatione honestis viris, videlicet henningo huberow, henningo capup, wackero, henrico de dupow, Jacobo Surebir, henrico de Noua domo, Magistris gilde Sancti Johannis ewangeliste in parleberg, et omnibus eorum successibus, liberam facultatem, auctoritatem plenariam cum firma possibilitate, Jus patronatus et collationem altaris, Dotati et fundati in ecclesia Sancti iacobi ibidem ad honorem Sancti Johannis ewangeliste per nostros magistros dicte gilde et per ipsorum coadiutores, prout inferius lucidius continetur, videlicet quod possunt et debent illud altare conferre quatuor vicibus, quarum collationum prima est facta in dominum Conradum dictum Surebir, — Eo vero mor-